


NUMMUS CASTRENSIS

CAROLI V. CÆSARIS DONATI-

vi loco exercituum præfectis distributus, soluto

Protestantium exercitu. Anno Chri-

sti 1546.



CAROLVS auditis, quæ à Ferdinando Fratre & Mauritio Saxonix Duce feliciter in Saxonia gererentur, castra Lavingæ mutare decrevit: copiasque in duas partes divisas movit, cum in alterâ peditatus procederet cum tormentis: in alterâ adversus hostem, equitatus. Etenim vix fieri poterat, ut diutius in iisdem castris Cæsariani morarentur, cæno ita profundo, ut annona propius plaustris advehi non posset. Sermo plarorumque fuit, potuisse ea

die Landtgravium tot difficultatibus oppressos, & propè circumvêtos Cæsarianos invadere, non sine maxima spe rei præclaræ gerendæ: sed non passa fuit Cæsaris fortuna, tantam ei cladem infligi: paulo enim post, cum paucæ omnino civitates atque ordines conferrent auxilia in bellum, pax vero à Cæsare nisi durissimis conditionibus impetrari non posset, Protestantes decernunt, ut reliquis omnibus abductis copijs in Saxoniam Equites mille & ad octo millia peditum relinquantur inhybernis. Ita deinde ad 22 Novemb.